



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomæ

Suárez, Francisco

Moguntiaë, 1620 [erschienen] 1621

Cap. 7. De tribus vnitatibus personalibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84432)

Cap. VII. De tribus vnitatibus personalibus.

393

addito, tria entia relatiua, quia supra, & latius in 1. tom. 3. par. dictum est, non esse simpliciter preferendum, in diuinis personis esse tria esse, sed cum declaratione tria esse relatiua. Respondetur primo, cum hoc ad modum tantum loquendi pertineat, optima cautionem esse addere semper istam determinationem, nam & D. Thom. 1. p. q. 39. ar. 3. ad 3. dixit, hoc nomen Resfectum quod pertinet ad relationem pluraliter pradicari de diuinis personis. Secundo dicitur has locutiones, vt simpliciter, vel solum cum addito fiant, multum pendere ex communi vsu, & modo concipiendi, hic autem habet, vt esse simpliciter dictum sumatur pro esse substantiali, & in Deo pro esse essentiali: vno vero non ita, sed dici consuevit de qualibet re, & maxime de persona, & supposito quocumq; & ideo non est eadem ratio de vtraq; voce, vnde entitas magis transcendens esse videtur, quam esse simpliciter dictum, quia entitas non solum de substantiali, & essentiali entitate, sed absolute de quacumq; realitate dicitur, & ideo etiam ex hoc capit. facilius dicuntur tria entia, quam tria esse in modo loquendi, licet in re proportio seruetur.

D. Thom.

Augus.

Resolusio.

Damasus.

Papa.

Sophro.

Richard.

D. Thom.

Damas.

Concil.

Rhemenf.

4.

5.

Augus.

Damas.

Anastaf.

5.

Augus.

Damas.

Concil.

Rhemenf.

Augus.

Damas.

Anastaf.

5.

Augus.

Damas.

Concil.

Rhemenf.

Augus.

Damas.

Concil.

Rhemenf.

Augus.

Damas.

Concil.

Rhemenf.

D. Anselm.

Richard.

de

8. V. 117.

CAPVT VII.

Sint ne in tribus diuinis personis tres vnitates transcendentales.

Hec questio, iuxta proprietatem Latini sermonis, vix potest ad hoc predicatum, vnum in concreto sumptum adaptari, quia vnum non habet plurale, vt possint dici tres vni, vel tria vna, quod si tres personae dicantur, tria vnum, illud vnum singulare est, & ita per illud complexum solum significatur, personae ita esse tria entia, vt sint vnum ens: vnde recte concluditur, tres personae habere vnitatem aliquam transcendentalem, sed per hoc non respondetur questionem, an habeant etiam sub aliqua ratione tres vnitates. Quod si personae dicantur esse tres vni, & impropria (ne dicam inepta) locutio, & addendum esset (ad vitandum errorem) quis vnus. Nam si dicantur tres vnus Deus, vnus creator, &c. verissime dicuntur, tamen per hoc non explicatur, an praeter illam vnitatem, in qua conueniunt (de qua libro sequenti dicendum est) habeant alias proprias vnitates, in quibus distinguantur. Si vero dicantur tres personae esse vnus, addendo aliquid pertinens ad personam, vt vnus Pater, &c. erit falsa locutio, vt latius dicemus libro sequenti de aliis terminis similibus. Ob hanc ergo causam non de vno in concreto, sed de vnitatibus in abstracto titulum capituli proposuimus. Potest autem abstractum nomen in vi concreti substantiui sumi, sicut supra dicebamus de nomine existentiae, & sicut in Metaphysica dici solet, vnitatem esse principium numero, nam ibi vnitates pro ipso vno sumuntur, sic ergo quaerimus, an tres personae diuinae sint tres vnitates transcendentales.

Prima opinio

negat.

Richard.

Aliqui absolute negant, soletq; haec opinio tribui Richardo, sed oppositum docet, vt statim referam. Potest autem suaderi, quia vt talis vnitates esset specifica, vel numerica, non prima, quia illa est vnitates rationis, & communis non secunda, quia alias diuinae

personae essent tria indiuidua numero differentia, quod negat August. lib. 7. de Trinitate, capit. 8. dicens Diuinitatem non esse communem tribus personis tanquam tribus indiuiduis, quia alias essent tres dij.

Nihilominus etiam hoc transcendens, (si recte sumatur) multiplicatur in diuinis personis, duplex enim est vnitates, scilicet essentialis, & personalis, & prior quidem in diuinis personis est vna tantum, quomodo Ecclesia Trinitatem vocat Sanctam, & vnam vnitatem, & eodem modo loquitur Damasus Papa in professione fidei ad Paulinum, & Sophronius in dicta Epistola relata in 9. Synodo actione 11. Posterior vero multiplicatur in diuinis personis. Ita expresse docet Richard. in 1. dist. 24. artic. 1. qu. 3. & sumitur ex Diuo Thoma 1. p. q. 30. art. 3. vbi ait, in Trinitate esse verum numerum transcendentalem, est autem de ratione numeri, vt ex pluribus vnitatibus sibi proportionatis constet. Vnde in solutione ad 1. recte subiungit, Vnitatem latius patere, quam substantiam vel relationem, & ideo ratione vtriusq; posse conuenire diuinis personis. Atq; hoc idem sentit Anselm. dicto libr. de Incarnatione Verbi, capit. 3. & Damascen. libr. 1. capit. 11. & Damasc. lib. 3. cap. 5. in principio. Et sumitur etiam ex Concilio Rhemenf. sub Eugenio 3. de quo infra latius dicemus.

Ratione declaratur, quia vnum nihil aliud est, quam ens indiuisum in se & diuisum a quolibet alio, vnitates vero est entitas indiuisa, sed vna quaeque persona diuina in se est indiuisa, & distincta a qualibet alia, ergo vna quaeque habet propriam vnitatem personalem, a qua habet, vt sit vna persona. Nam formaliter loquendo hoc non habet ex vnitates essentiali, alias omnes essent vna persona, inde ergo solum habent, quod sint vnus Deus, ergo praeter hanc vnitatem, vna quaeque habet propriam vnitatem personalem ex propria relatione sumptam, haec ergo vnitates multiplicatur. Confirmatur tandem ex ratione generali transcendentium supra insinuata, nam quae ratione multiplicatur ens, vel res, quae transcendens est, debet multiplicari vnum, quod est aequae transcendens: estq; vel de intrinseco conceptu entis, vel ita concomitans, vt sit ab illo omnino inseparabile, ergo proportionem seruata, sicut sunt in Deo tres entitates, ita & tres vnitates.

Vnde ad rationem in contrarium responderi potest, hanc vnitatem neutram ex illis esse, sed habere proprium nomen, & rationem, scilicet, vnitates personalis, quae non est specifica, quia singularis est. Et ideo Concilium Rhemenf. sicut admittit tres vnitates, ita & tres singularitates. Neq; etiam videtur haec vnitates recte dici indiuiduales, quia indiuiduum proprie dicitur ratione naturae particularis, quomodo Christus Dominus est quoddam indiuiduum humane naturae: sic autem in Deo non sunt tria indiuidua, sed vnum Deitatis: quomodo loquitur Augustinus loco citato. Secundo dici potest si vnitates indiuiduales non referatur ad naturam, sed ad rei singularitatem, sic tres vnitates personales esse vnitates indiuiduales, seu numericas, quia nulla illarum communis est, sed propria, & particularis talis personae, quae proinde numeratur distincta ab alia. Quomodo dixit Damasc. lib. 3. de fide, ca. 4. & 8. Numero non natura, differre diuinas hypostases, & Anastasius Synaita in libro de dogmatibus fidei, persona, inquit, vnum sunt Synaita, natura, non omnino vnum numero, & hoc etiam probant rationes supra adductae.

CAPVT